

Franckesche Stiftungen zu Halle

Sventoslai Sigismundi Niwicki, Theologi Poloni, Christus Rex

Niwicki, Świętosław Zygmunt

Burgi, 1762

VD18 90805909

Gratiarum Actio Christo Regi.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and further information please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

CHRISTUS REX.

Tuum est Rex clementissime, hos meos erga
re actus, annutu probare, vel reprobare; ambient
tem tibi, summo Regi, aeternaliter uniti, adoptare,
vel proscriptere; meum erit, tuae omnipotenti di
vinæ voluntati, famulantia subdere colla, & eam
ferre fortunam salutis, quam tu decreveris.

Interim tamen, me tuum esse, vivens pro
testor, et moriens

GRATIARUM ACTIO CHRISTO REGI.

Ago tibi maximas gratias, Deus meus, Christe
Rex.

Primo: pro te ipso; quia talis es, qualis
es; Deus nimirum, cum omnibus perfectionibus,
et operationibus ad intra; cum omnibus perfectio
nibus, operationibus theandricis ad extra; cum
omnibus bonitaribus, perfectionibus, operationi
bus divinis, prout es verus Deus, & verus homo.
Gratias ago pro illa ineffabili, naturæ tuae divinæ
cum natura humana, in hypostasi, unione. Gratias
ago pro admirabili, supra caput intellectus
creati, tui, generi humano. communicatione.
Gratias ago pro illa gloria, quam habes ab
eterno, ut verbum patris; quam habes, a tem
pore, in aeternum, ut verbum incarnatum, ad
dextram Dei patris.

Secundo: Gratias ago tibi Rex meus Christe:
pro sanctissima Maria matre tua, quam ab eterno,
ex meritis tuis praevisis, in tempore, usque adeo
sub-

CHRISTUS REX.

9

Sublimasti , ut omnino non esset in maledicto Adæ, originali, videlicet peccato non fuerit ; imo magis ad maternitatem tui , hoc est , verbi incarnandi exexisti ; ubi omnipotentiam tuam , in tanta maternitate , summe magnificasti. Gratias ago pro excessivis , omnes ens creatum et creabile , quod , non es tu , perfectionibus illius , cum profundissima humilitate , simul & maternitate. Gratias ago pro gloria illius , in regno tuo , supra omnes mentes beatas ; & quia hujus gloriæ fecisti securam.

Gratias ago pro hac ipsa corona ecclesiæ triumphantis ; archipatrona ecclesiæ militantis , & patientis. Gratias ago : pro eo , quod , de illa , infra te , sublimius , atque sublimius dici , & cogitari potest.

Tertio : Gratias ago tibi Rex meus Christe ! pro omnibus sanctorum angelorum hierarchiis , spiritibus administratoriis , sedem tuam divinam majestuosissime exornantibus ; & licet in dispari gradu , concordantibus . Veneror te , & gratias ago pro Seraphinis , gloriari tuam zelantibus , tibi ardenteribus ; Cherubinis , velata facie , præ reverentia , sublimia de te cogitantibus ; Thronis , solii tui assistentibus ; Dominationibus , cœlestium monarchiarum præsidentibus ; Principatibus , sublunarium regnum administris ; Potestatibus , omnes in terris a te ordinatas potestates dirigentibus ; Virtutibus , cœlestis exercitus militia ; Archangelis , extraordinariis legationibus selectis ; Angelis , (quæ est bonitas tua imperceptibilis)

A 5

sine

sine jactura visionis tui, hominum tutelæ deputatis. Gratias ago pro omnium & singulorum dotibus, in gratia stabilitione, & plenitudine beatitudinis ; tum, ex illis, quali quali accessu, accidentalis gloriæ tuae.

Quarto. Gratias ago tibi Christe Rex meus ! pro genere humano , quod , ab angelis paulo minus , minorasti , animam illi , tui capacem , ad imaginem et similitudinem tuam , creasti ; et quamvis de limo terræ formasti , tamen universorum , quæ de nihilo sui , bonitas tua produxit , dominum , domitorem constituesti ; tot talentis naturalibus , et supernaturalibus , plane besti ; & ad implendam ruinam angelorum , in quibus pravitatem invenisti , clementissime destinasti ; ac continuum quoddam omnipotentiae tuae miraculum , in oculis cœli & terræ , esse decrevisti.

Quinto. Gratias tibi ago pro me ipso ; quia me talem esse voluisti , qualis sum ; et , si me alium esse voluisses , quam sim , easdem humilis persolvo gratias. Gratias tibi ago pro anima mea , creatione tua ; & quia creatio tua est , ex se bona est , quæ constat Intellectu , memoria , & voluntate . Atque utinam ! te semper intelligat ; te semper memoretur ; in te se tota feratur voluntate . Gratias ago pro corpore meo , concurrentibus ad hoc microcosmum , admirabile opus tuum , parentibus meis ; quod integris formasti sensibus : Visu , auditu , olfactu , gustu , & tactu ; sine ullo naturali defectu . Quanquam fecisset me tua abyssalis prævidentia , defectuissimum , non idec cessarem à gra-

CHRISTUS REX.

II

a gratiarum actione; idem ego, cæcus, luscus, mancus, surdus, mutus, claudus, gibbosus, strumulos, plicatus, leprosus, & quidquid in me reperiiretur naturalis defectus, laudarem te, benedicerem te, gratias agerem tibi: quia me tales esse voluisses, qualis essem, Christe Rex meus. Gratias tibi ago pro illa temporis circumstantia in qua natus sum, in lumine videlicet evangelii tui; ubi te agnoui Christum Regem universorum, quæ facta sunt per te; cæculturam alias cum aliis, & zelum zelasse, non tuum, atque ingens inter me & te, positum fuisset chaos. Gratias ago pro parentibus meis, qui eam mihi dederunt educationem, ut in agnitionem tui, & adorationem devenirem; formando me, qua piis monitis, qua sufficientibus impensis; quibus, vel eo ipso, lux tua luceat per æternum.

Sexto. Gratias tibi ago Christe Rex meus! pro universa sublunari mundi machina, quam admirabili ordine. in numero, pondere, & mensura, creasti, & ingens quoddam volumen, te docens hominem, expoñisti, ac quotidianis usibus concessisti. Te, sol, mundi oculus; te, luna, noctis domina; te, planetæ, nocte dieque suas terræ communicantes influentias, in suo ordine consistentes; te, stellæ, evibratis luminibus, cum suis officiis; te, tor incorrupti motus, orbis cœlestes; te, ignis aduentus, aër subtilis, humida aqua; te, habitabilis & inhabitabilis ponderosa terra; te, volatilia, cum suis generibus, & insecta; te, fluminum & maris natatilia; te, quadrupedia & reptilia terræ; te, altitudo

titu^{io}, cum suis monstis, oceani; te, profunditas terræ, te, montium opulenta gaza, cum tot reconditis pretiosis thesauris, cæterisque mineralibus, auri & argenti venis, salis sodinis, admirabilium virtutum, & pretii lapidibus; te, in conchilibus maris explicatae rori, orientales gemmæ; te, cristallum, corallia; te succinum, & quidquid ditat littora maris; te, ad stuporem usque, tantæ varietatis, colorum & odorum flores; te, multiplicum generum, & saporum, arborum fructus; te, absque numero prope, in suis speciebus, & qualitatibus herbæ; te, eremus, sylvæ, nemora, querceta dumeta; te, saltus, vireta; te, humanæ inventionis terrestres paradisi; te, prata, fœnilegia, campi, colles, & valles; te, quidquid univerſi continet ambitus, profiterur, supremum esse monarcham, tanto magis amabiliorem, & formidandum homini, quanto solius ipsius, necessitati, commoditati, utilitati, honestæ voluptati, imo pedibus subjecisti. Meis intonant auribus tot consonæ harmoniæ; meis omnia explicantur visib⁹; me nutrit, quidquid ciborum, & potus est; meum sapores delectant gustum; me refovent odores; meum mollia palpant tactum. Gratias ago non magis, quia ex immitia bonitate tua, creasti omnia, propter me, quam quia, propter eundem me, providentissime conservas, & surviter disponis, gubernas omnia.

Gratias ago demum pro sedibus beatorum, & inferis damnatorum; quia ibi, & hic, agnosco, reveror, te Deum supremum remuneratorem.

GRATI-